

PETRARCH

DE

OBEDIENTIA GRISELDIS

ULM 1473

INCIPIT · EPISTOLA · FRANCI/SCI·PETRARCHE ·DE·INSIGNI· OBEDIENTIA · ET · FIDE·VXO/RIA · GRISELDIS · IN · WALTHE/RVM ·

LIbrum tuum quem nostro materno elo
quio ·vt opinor olim iuuenis edidisti·nescio quidē
vnde vel qualiter ad me delatū vidi·nam si dicā legi·
mētiar · Siquidem ipse magnus valde · vt ad maior ·
& tempus angustum erat · Idq; ipsum vt nosti vulgus ·
& soluta scriptus oratione · & occupatio mea bellicis
vndiq; motibus inquietū · A quibus etsi animo pro/
cul absim: nequeo tamen fluctuante re publica non
moueri · Quid ergo · excucurri eū · & festini viatoris in/
morem · hinc atq; hinc circumspiciens · nec subsistens ·
animaduerti alicubi · librum ipsum · canum dentibus la
cessitum · tuo tamē baculo egregie · tuaq; voce defensū
Nec miratus sum · nam & vires ingenii tui noui · & scio
expertus esse hominum genus & insolēs & ignauū· qui
quicquid ipsi ·vel nolunt· vel nesciunt· vel non possunt
in aliis reprehendunt ad hoc vnum docti & arguti Sed
elingues ad reliqua · delectatus sum·ipso in transitu · Et
siquid lasciuie liberioris occurreret · excusabat etas tunc
tua · dum id scriberes·stilus · ydioma · ipsa quoq; rerum
leuitas · & eorum qui lecturi talia videbantur · Refert
enim largiter quibus scribas · morumq; varietate·stili va
rietas excusatur · Inter multa sane iocosa & leuia · quedā
pia & grauia deprehendi·de quibus tñ diffinitiue quid
iudicē nō habeo·vt qui nusq; totus inheserim·At quod
fere accidit · eo more currentibus curiosius aliquanto q;

cetera libri principium finemq; perspexi · quorum in al
tero patrie nostre statum · illius scilicet pestilentissimi
temporis quod pre omnibus nostra etas lugubre ac mise/
rum mundo/vidit · meo quidem iudicio · & narrasti pro
prie · & magnifice deplorasti · In altero autem historiam
vltimam & multis precedentium longe dissimilem posu
isti · Que ita michi placuit · meq; detinuit · vt inter tot
curas · que pene mei ipsius immemorem me fecere · illam
memorie mandare voluerim · vt et ipse eam animo · quo
tiens vellem non sine voluptate repeterem · & amicis vt
fit confabulantibus renarrarem · siquando tale aliquid
incidisset · quod cum breui postmodum fecissem · gra/
tamq; audientibus cognouissem · subito talis interloquē
dum cogitatio superueīt · fieri posse vt nostri · etiā sermo
nis ignaros · tam dulcis historia delectaret · cum & mihi
semper ante multos annos audita placuisset · & tibi vsq; a
deo placuisse perpenderem · vt vulgari eam stilo tuo cen
sueris non indignam · & fine operis · vbi rethorum disci
plina · validiora quelibet colocari · iubet · Itaq; die quo/
dam inter varios cogitatus · animum more solito discerpē
tes et illis & michi vt sic dixerī irat9 vale oībus ad tēpus
dicto historiā ipsam tuam scribere sum agressus te haud
dubie gauisurum sperans vltro rerum interpretē me tua
rum fore · quod non facile alteri cuicunq; prestiterī · Egit
me cui amodo & historie · ita tamē ne horacianum illud
poetice artis obliuiscer · Nec verbum verbo curabis red
dere fidus interpres · Historiam tuam meis verbis expli
cui · vno alicubi aut paucis ī ipsa narratione mutatis ver
bis aut additis: quod te nō ferente modo · sed fauente fieri
credidi: que licet a multis & laudata & expedita fuerit
ego rem tuam tibi non alteri dedicādam censui · Quam

quidem an mutata veſte deformauerim · an fortaſſis
ornauerim · tu iudica · illic enī orta · illuc redit · notꝰ
iudex · nota domus · notū iter : vt vnum · & tu noris ·
& quiſquis hec leget · tibi non mihi tuarum rationē
rerum eſſe reddendam · Quiſquis ex me queret an hec
vera ſint · hoc ē an hiſtoriam ſcripſerim · an fabulam ·
reſpondebo illud criſpi · fides penes auctorem meū
ſcilicet Iohannē ſit · hec prefatus incipio Eſt ad italie
latus occiduum · veſulus ex apennini iugis · mons
vnus altiſſimus · qui vertice nubila ſuperans liquido
ſeſe ingerit etheri · mons ſuapte nobilis natura · padi
ortu nobiliſſimus · qui eius elatere · fonte lapſus exi/
guo · orientem contra ſolem fertur · miriſqꝫ mox tumi
dus incrementis · breui ſpatio decurſo · non tantum
maximorum vnus amnium ſed fluuiorum a virgilio
rex dictus · liguriam gurgite violentus interſecat · de
hinc emiliam atqꝫ flaminiā veneciamqꝫ diſcriminās ·
multis ad vltimum & ingentibus hoſtiis · in adriacū
mare deſcendit Ceterum pars illa terrarum de qua pri
mum dixi que & grata planitie · & interiectis collibꝰ
ac montibus circumflexis · aprica pariter ac iocunda
eſt · atqꝫ ab eorum quibus ſubiacet pede montium no
men tenet · & ciuitates aliquot · & opida habet egre
gia · Inter cetera ad radicem veſuli · terra ſaluciarum ·
vicis et caſtellis ſatis frequens marchionum arbitrio ·
nobilium quoruudā regitur virorum · Quorum vnꝰ
primusqꝫ omniū & maximus fuiſſe traditur Walterꝰ
quidam · ad quem familie ac terrarum omnium regi
men pertineret · Et hic quidem forma virens atqꝫ etate
nec minus moribꝰ q̃ꝫ ſanguine nobilis · & ad ſummā

omni ex parte vir insignis · nisi q̄ presenti sua sorte contentus·incuriosissimus futurorum erat. Itaq; vena tui aucupioq; deditus · sic illis incubuerat · vt alia pene cuncta negligeret· quuodq; in primis egre po puli ferebant·ab ipsis quoq; coniugii consiliis abbor reret. Id aliquandiu tacidi cum tulissent · tandem ca theruatim illum adeunt· quoꝝ vnus cui vel autoritas maior erat·vel facundia· maiorq; cum suo duce famili aritas. Tua inquit bumanitas optime marcbio· banc nobis prestat audatiam ·vt & tecum singuli quotiens res exposcit· deuota fiducia coloquamur. & nūc oīm tacitas voluntates ·mea vox tuis auribus inuebat· nō q̄ singulare aliquid babeam ad bāc rem·nisi q̄ tu me inter alios carum tibi·multis indiciis comꝓbasti. Cū merito igitur·tua nobis omnia placeant·semperq; pla cuerint·vt felices nos tali domino iudicemus· vnum est quod si a te impetrari sinis · teq; nobis exorabilem prebes·plane felicissimi finitimoꝝ oīm futuri simus · vt coniugio scilicet animum applices· collumq; nō li beꝝ modo· sed imperiosum· legitimo subicias· iugo idq; q̄q; primum fatias·volant enim·dies rapidi et quā q̄q; florida sis etate · continue tamen bunc florē tacida senectꝰ insequitur·morsq; ipsa omni proxima ē etati Nulli muneris buiꝰ immunitas datur eque omnibꝰ moriendum est·vtq; id certum ·sic illud ambiguū·qn̄ eueniat. Suscipe igitur oramus eorum preces·qui nul lum tuum imperium recusarent. Querende autem coniugis studium nobis linque ·talem enim tibi pro/ curabimus · que te merito digna sit·et tam claris orta parentibus · vt de ea spes optima sit babenda· libera

tuos omnes molesta solicitudine quesumꝰ · ne siquid bumanitus tibi forsan accideret · tu sine tuo successo re abeas · ipsi sine votiuo rectore remaneant . Moue runt pie preces animum viri · et cogitis inquit me ami ci · ad id quod mibi in animum nunq̃ȝ venit · delecta bar omnimoda libertate · que in coniugio rara est · Ce terum subiectorum michi voluntatibus me sponte subiicio · & prudentie vestre fisus · et fidei. Illam vobis quam offertis querende curam coniugis remitto · eam qȝ bumeris meis ipse subeo · quid vnius enim claritas confert alteri · sepe filii dissimillimi sunt parentū · quic quid in bomine boni est · non ab alio q̃ȝ a deo est · Illi ego et status et matrimonii mei sortes · sperans de sua solita pietate cōmiserim. Ipse mibi inueniet · quod quieti mee scit expediens · ac saluti . Itaqȝ quando vo bis ita placitum · vxorem ducam · id vobis bona fide polliceor · vestrumqȝ desiderium nec frustrabor equi dem · nec morabor · vnum vos michi uersa vice ꝓmit tite ac seruate · vt quamcunqȝ coniugem ipse delegero eam vos summo bonore ac veneratione ꝓsequamini · nec sit vllus inter vos · qui de meo vnq̃ȝ iudicio · aut li tiget · aut queratur · vestrum fuerit me omnium quos nouissem liberrimum · iugo subiecisse coniugii · mea sit iugi ipsius electio · quecunqȝ vxor mea erit · illa ceu romani principis filia domina vestra sit · promittunt vnanimiter ac lete nichil defuturum · vt quibus vix possibile videretur · optatum diem cernere nuptiarum de quibus in diem certum magnificentissime appa randis · domini iubentis edictum alacres suscepere . Ita e colloquio disceissum est · & ipse nichilominus eā

ipsam nuptiarum curam· domesticis suis imposuit edixitq; diem Fuit haud procul a palatio villula paucorum atq; inopum incolarum · quorum vni omnium pauperrimo Iannicolo nomen erat · Sed vt pauperum quoq; tuguria · non nunq; gratia celestis inuisit · vnica illi nata contigerat Griseldis nomine · forma corporis · satis egregia · sed pulcritudine mo/rum atq; animi adeo speciosa · vt nichil supra · Hec parco victu · in summa semper inopia educata · om/nis inscia voluptatis · nil molle · nil tenerum cogitare didicerat · sed virilis senilisq; anim9 virgineo latebat in pectore · patris senium inextimabili refo/uens caritate · & pauculas eius oues pascebat· & colo interim digitos atterebat · vicissimq; domum rediens · oluscula & dapes fortune congruas preparabat· duumq; cubiculum sternebat · & ad summam an/gusto in spacio · totum filialis obedientie ac pietatis officium explicabat · In hanc virgunculam walter9 sepe illac transiens · quandoq; oculos · non iuuenili lasciuia · sed senili grauitate defixerat · & virtutem eximiam supra sexum supraq; etatem · quam vulgi oculis · conditionis obscuritas abscondebat·acri pe/netrarat intuitu · vnde effectum · vt & vxorem ha/bere·quod nunq; ante voluerat ·& simul hanc vnam nullamq; aliā habere disponeret Instabat nuptiaꝝ dies · vñ autē ventura sponsa esset · nemo nouerat nemo non mirabatur · Ipse interī & annulos aureos · & coronas & balteos conquirebat · vestes autem preciosas · & calceos · & eius generis necessaria omnia · ad mensuram puelle alterius que statura sue persimilis

erat· preparari faciebat·venerat expectatus dies· & cum nullis sponse rumor audiretur· admiratio omnium vehementer excreuerat·Hora iam prandii aderat· iamq; apparatu ingenti domus tota feruebat. Tum walterus aduentanti velut sponse obuiam profecturus·domo egreditur·prosequente virorum·et matronarum nobilium catherua. Griseldis omniumq; egresse pararentur ignara·peractis que agenda domi erāt· aquam elonginquo fonte conuectans· paternum limen intrabat· vt expedita curis aliis· ad uisendam domini sui sponsam· cum puellis comitibus properaret· dum walterus cogitabundus incedens· eamq; compellans nomine· vbinam pater eius esset interrogauit· que cum illum domi esse· reuerenter atq; humiliter respondisset. Iube inquit ad me veniat· venientem seniculum manu prehensum parumper abstraxit· ac sub missa voce. Scio ait me ianicola carum tibi. teq; hominem fidum noui· & quecunq; michi placeant velle te arbitror· vnum tamen nominatim nosse velim. An me quem dominum habes· data michi hac tua in vxorem filia generum velis. Inopino negotio stupefactus senex obriguit· & vix tandem paucis hiscens. Nichil inquit aut velle debeo· aut nolle. nisi quod placitum tibi sit· qui dominus meus es. Ingrediamur soli ergo inquit· vt ipsam de quibusdam interrogem te presente. Ingressi igitur expectante populo· ac mirante puellam circa patris obsequiū satagentē & insolito tanti hospitis

aduentu stupidam inuenere · quam his verbis walterus aggreditur. Et patri tuo placet inquit. & michi vt vxor mea sis · credo id ipsum tibi placeat · Sed habeo ex te querere · vbi hoc peractum fuerit · quod mox erit · an volenti animo parata sis · vt de omnibus tecum michi conueniat · ita vt in nulla vnq̃ re a mea voluntate dissentias · & quicquid tecum agere voluero · sine vlla frontis · aut verbi repugnantia · te ex animo volente · michi liceat. Ad hec illa miraculo rei tremens. Ego mi domine inquit · tanto honore me indignam scio. At si voluntas tua · siq; sors mea est · nichil ego unq̃ sciens nedum faciam · sed etiam cogitabo · quod contra animum tuum sit · nec tu aliquid facies · etsi me mori iusseris · quod moleste ferã. Satis est inquit ille. Sic in publicum eductam populo ostendens. Hec ait vxor mea · hec domina vestra est · hanc colite · hanc amate · etsi me carum habetis · hanc carissimam habetote Hinc nequid reliquiarum fortune veteris nouã inferret in domum · nudari eam iussit · & a calce ad verticem · nouis vestibus indui · quod a matronis circumstantibus · ac certatim sinu illam gremioq; fouentibus · verecunde ac celeriter adimpletum est. Sic horridulam virginem indutam · laceramq; comam · recollectam manibus · comptamq; pro tempore · insignitam gemmis · & corona uelut subito transformatam · vix populus recognouit · quam Walterus annulo precioso · quem ad hunc usum detulerat · solempniter desponsauit ·

niueoq; equo impositam · ad palatium deduci fecit comitante populo & gaudente. Ad hunc modum nuptie celebrate · diesq; ille letissimus actus est Breui dehinc inopi sponse tantum diuini fauoris affulserat · vt non in casa illa pastoria · sed in aula imperatoria educata atq; edocta videretur · atq; apud omnes supra fidem cara · & venerabilis facta esset · vixq; his ipsis · qui illam ab origine nouerant · persuaderi posset · ianicole natam esse · tantus erat vite · tantus morum decor · ea verborum grauitas ac dulcedo · quibus omnium animos nexu sibi magni amoris astrinxerat. Iamq; non solum intra patrios fines · sed per finitimas quasq; prouincias · suum nomen celebri preconio fama vulgabat · ita vt multi ad illam visendam viri ac matrone studio feruente concurrerent. Sic Walterus humili quidem · sed insigni ac prospero matrimonio honestatus · summa domi in pace extra vero summa cum gratia hominum iuuebat · q; q; eximiam virtutem tanta sub inopia latitantem · tam perspicaciter deprehendisset · vulgo prudentissimus habebatur. Neq; vero solers sponsa · muliebria tantum ac domestica · sed vbi res posceret · publica etiam obibat officia · viro absente lites patrie · nobiliumq; discordias dirimens atq; componens · tam grauibus responsis · tantaq; maturitate · & iudicii equitate · vt omnes ad salutem publicam · demissam celo feminam predicarent. Nec multum tempus effluxerat · dum grauida effecta · primum subditos anxia expectatione suspendit · dehinc filiam enixa

pulcerrimam · quamuis filium maluissent· tamen vo
tiua fecunditate non virum modo · sed totam patri /
am letam fecit Cepit · vt fit interim Walterum ·
cum iam ablactata esset infantula · mirabilis quedā
q̃ꝫ laudabilis · doctiores iudicent · cupiditas · sat ex/
pertam care fidem coniugis · experiendi alterius · &
iterum atqꝫ iterum retentandi · Solam igitur inthala
mum seuocatam ·turbida fronte sic alloquitur ·Nosti
o Griseldis · neqꝫ enim presenti fortuna· te preteriti
tui status oblitam credo · nosti inq̃ꝫ qualiter in hanc
domum veneris·Michi quidem cara satis ac dilecta
es · at meis nobilibus · non ita · presertim ex quo pa
rere incepisti · qui plebeie domine sub esse · animis
ferunt iniquissimis · Michi ergo qui cum eis pacem
cupio · necesse est de filia tua non meo ·sed alieno iu
dicio obsequi ·& id facere · quo nil michi posset esse
molestius· Id enimuero te ignara nunq̃ꝫ fecerim ·volo
autem tuum michi animum acomodes · pacientiam
qꝫ illam prestes · quam ab inicio nostri coniugii pro
misisti· His auditis · nec verbo mota nec vultu · tu
inquit noster es dominus · & ego · & hec parua filia
tue sumus · de rebus tuis igitur facito sicut libet ·
nil placere enim tibi potest · quod michi displiceat ·
nichil penitus vel habere cupio · vel amittere metuo
nisi te hoc ipsa michi in medio cordis affixi · nunq̃ꝫ
inde vel lapsu temporis · vel morte vellendum · om /
nia prius fieri possunt q̃ꝫ hic animus mutari· letus ille
responso · sed dissimilans · visu mestus abscessit · &
post paululum vnum suorum satellitum · fidissimum

ſibi · cuius opera grauioribus in negociis vti conſue
uerat · quid agi vellet · edoctum ad vxorem miſit ·
qui ad eam noctu veniens · parce inquit o domina
neq; michi imputes quod coactus facio · Scis ſapi
entiſſima quid eſt eſſe ſub dominis · neq; tali ingenio
predite q̃uis inexperte dura parendi neceſſitas eſt ig
nota · Iuſſus ſum hanc infantulam accipere atq; eam ·
hic ſermone abrupto q̄ſi crudele miniſteriū ſilentio ex
p̀mēs · ſubticuit · Suſpecta viri fama · ſuſpecta facies
ſuſpecta hora · ſuſpecta erat oracio · quibus etſi clare
occiſum iri dulcem filiam intelligeret nec lacrimulā
tam vllam · nec ſuſpirium dedit · in nutrice quidem
nedum in matre duriſſimum · Sed tarnquilla fronte
puellam accipiens · aliquantulum reſpexit · & ſimul
exoſculans benedixit ac ſignum ſancte crucis impreſ
ſit · porrexit ſatelliti · & vade ait · quid q; tibi domi
nus noſter iniunxit · exequere · vnum queſo cura · ne
corpuſculum hoc fere lacerent aut volucres · ita tamē
niſi tibi contrarium ſit preceptum · Reuerſus ad do
minum · cum quid dictum · quid ve reſponſum eſſet
expoſuiſſet · & ei filiam obtuliſſet · vehementer pater
na animum pietas mouit · ſuſceptum tamen rigorem
propoſiti non inflexit · Iuſſitq; ſatelliti · obuolutam
pannis · ciſte iniectam · ac iumento impoſitam quie
to · omni quanta poſſet diligentia bononiam defer
ret · ad ſororē ſuā q̄ illic comiti de panico nupta erat ·
eāq; ſibi traderet · alendā materno ſtudio · & caris mo
rib⁹ inſtruendā · tanta preterea occultādā cura · vt cui⁹
filia eēt a nemīe poſſ; agnoſci · Iuit ille illico et ſolicite

quod impoſitum ei erat impleuit. Walterus interea ſepe vultum coniugis ac verba conſiderans · nullum vnq̃ mutati animi perpendit iudicium · par alacritas atq; ſedulitas · ſolitum obſequium · idem amor · nulla triſticia · nulla filie mentio · nunq̃ ſiue ex propoſito · ſiue incidenter nomen eius ex ore matris auditum. Tranſiuerant hoc in ſtatu anni quatuor · dum ecce grauida iterum · filium elegantiſſimum peperit · leticiam patris ingentem · atq; omnium amicorum · quo nutricis ab vbere poſt biennium ſubducto. ad curioſitatem ſolitam reuerſus pater vxorem rurſus affatur. Et olim ait audiſti · populum meum egre noſtrum ferre connubiũ · preſertim ex quo te fecundam cognouere · nunq̃ tñ egrius q̃ ex quo marem peperiſti · dicunt enim & ſepe ad aures meas murmur hoc peruenit. Obeunte igitur Waltero. Ianicole nepos noſtri dominabitur · & tam nobilis patria tali domino ſubiacebit · multa quottidie in hanc ſententiam iactantur in populis · quibus ego et quietis auidus · & vt verum fatear · michi metuens permoneor · vt de hoc infante diſponam quod de ſorore diſpoſui Id tibi prenuntio · ne te te inopinus & ſubitus dolor turbet. Ad hec illa. & dixi ait & repeto · nichil poſſum · ſeu velle ſeu nolle · niſi q̄ tu · neq; vero in his filiis quicq̃ habeo · preter laborem · tu mei. & ipſorum dominus tuis in rebus iure tuo vtere · nec conſenſum meum queras · in ipſo enim tue domus introitu · vt pannos ſic & voluntates affectusq; meos exui · tuos indui · quacũq; ergo de re quicquid tu uis ·

ego etiã volo·nempe que si futur: tue volũtatis essem prescia · ante etiam quicquid id esset · & velle & cu pere inciperem · q̃ꝫ tu velles · nunc animum tuum · quem preuenire non possum · libens sequor · fac sen tiam tibi placere ꝙ moriar · volens moriar · nec res vl la · deniqꝫ nec mors ipsa · nostro fuerit par amori · Ad mirans femine constantiam · turbato vultu abiit · con festimqꝫ satellitem olim missum ad eam remisit · qui multum excusata necessitate parendi · multumqꝫ p ti ta venia · siquid ei molestum · aut fecisset aut faceret · quasi immane scelus aucturus popo cit infantem · Illa eodem quo semper vultu · qualicunqꝫ animo fi lium forma corporis atqꝫ indole · non matri tantum · sed cunctis amabilem in manus cepit · signansqꝫ eum signo crucis · & benedicens vt filiam fecerat · & diuticule oculis inherens · atqꝫ deosculans · nullo pe nitus signo doloris edito petenti obtulit · & tene in quit · fac quod iussus es · vnum nunc etiam precor · vt si fieri potest hos artus teneros infantis egregii prote gas a vexatione volucrum ac ferarum · Cum his man datis reuersus ad dominum · animum eius magis ac magis in stuporem egit · vt nisi eam nosset amantissi mam filiorum paulominus suspicari posset · hoc fe mineum robur · quadam ab animi feritat procedere · sed cum suorum omniũ ualde nullius erat amãtior q̃ꝫ viri · Iussus inde bonoiã ꝓficisci · eo illũ tulit · quo sororẽ tulerat · poterant rigidissimo cõiungi hec beniuolẽti

& fidei coniugalis experimenta sufficere. Sed
sunt qui vbi semel inceperint. non desinant. ymmo
incumbant. hereantq; proposito. defixis ergo in vx
orem oculis. an vlla eius mutatio erga se fieret. con/
templabatur assidue. nec vllam penitus inuenire po/
terat. nisi q fidelior illi indies atq; obsequentior fie/
bat. sic vt duorum non nisi vnus animus videretur.
isq; non communis amborum. sed viri dumtaxat
vnius. vxor enim per se nichil velle. vt dictum est.
nichil nolle firmauerat Ceperat sensim de Wal
thero. de color fama crebrescere. q videlicet effera
& in humana duricie. humilis penitentia ac pudo
re coniugii. filios iussisset interfici. Nam neq; pueri
comparebant. neq; vbinam gentium essent ullus au/
dierat. quo se ille vir alioquin clarus. & suis carus
multis infamem odiosumq; reddiderat. Neq; ideo
trux animus flectebatur. sed in suscepta seruitate. ex
periẽdiq; sua dura illa libidine procedebat Itaq; cum
iam ab ortu filie duodecimus annus elapsus esset.
nuncios romam misit. qui simulatas inde literas
apostolicas referrent. quibus in populo vuglaretur.
datam sibi licentiam. a romano pontifice. vt pro
sua & suarum gentium quiete. primo matrimonio
reiecto aliam ducere posset vxorem. Nec operosum
sane fuit. alpestribus rudibusq; animis quidlibet per
suadere. Que fama cum ad griseldis noticiam perue
nisset. tristis ut puto. sed ut que semel de se. suisq; de
sortibꝰ statuisset. in concussa constitit. expectãs quid

de se ille decerneret · cui se & sua cuncta subiecerat ·
Miserat iam ille bononiam · cognatumq; rogauerat ·
vt ad se filios suos adduceret · fama vndiq; diffusa ·
virginem illam sibi in coniugium adduci · Quod
ille fideliter executurus · puellam iam nubilem excel
lentem forma · preclaroq; conspicuam ornatu · ger
manumq; simul suum annum · iam septimum agen
tem ducens · cum eximia nobilium comitiua · statu/
to die iter arripuit Hec inter Walterus solito
vt vxorem retētaret ingenio doloris ac pudoris ad
cumulum in publicum adducte coram multis · Satis
inquit tuo coniugio delectabar · mores tuos non
originem respiciens · Nunc quoniam vt video mag
na omnis fortuna · seruitus magna est · non michi
licet quod cuilibet liceret agricole · Cogunt mei · &
Papa consentit vxorem me alteram habere · iamq;
vxor in via est · statimq; aderit · esto igitur forti ani
mo · dansq; locum alteri · & dotem tuam referens in
antiquam domum equa mente reuertere · nulla homi
ni perpetua sors est · Contra illa · Ego inquit mi do/
mine · semper sciui · inter magnitudinem tuam · &
humilitatem meam · nullam esse proportionem · me
q; nunq̃; tuo · non dicam coniugio · sed seruicio dig
nam duxi · Inq; hac domo in qua tu me dominam
fecisti · deum testor · animo semper ancilla permansi
De hoc igitur tempore · quo tecum multo cum hono
re · longe super omne meritum meum fui · deo & tibi
gratias ago · de reliquo parata sum bono pacatoq; aīo

paternam domum repetere ·atq; ubi puericiam egi · se nectutem agere et mori·felix semper atq; bonorabilis vidua ·que viri talis vxor fuerim. Noue coniugi volens cedo· que tibi vtinam felix adueniat. Atq; hinc vbi iocundissime degebam quando ita tibi placitum non invita discedo. At quod iubes·dotem meam mecum vt auferam· quale sit video·neq; enim excidit·vt paterne olim domus in limine· spoliata meis·tuis induta vestibus ad te veni·necq; omino alia michi dos fuit q̃ fides & nuditas · ecce igitur vt hanc vestem exuo· anulumq; restituo·quo me subarrasti · Reliqui anuli & vestes· & ornamenta· quibus te donante ad inuidiam aucta eram·in talamo tuo sunt. Nuda e domo patris egressa ·nuda itidem reuertar ·nisi q; indignum reor: ut hic uetrus·in quo filii fuerunt· quos tu genuisti populo nudus appareat · Quamobrem si tibi placet & non aliter ·oro atq; obsecro·ut in preciũ uirginitatis quam huc attuli ·quamq; non refero unicam michi camisiam linqui iubeas·earum quibus tecum uti soleo ·qua uentrem tue quondam uxoris operiam · Abundabant uiro lacrime · ut contineri amplius iam non possent · Itaq; faciem auertens ·& camisiã tibi unicã habeto · uerbis trementibus uix expressit · & sic abiit illacrimans · Illa coram cunctis sese exuens · solam sibi retinuit camisiam · qua contecta · nudo capite · pedibusq; nudis egreditur· atq; ita prosequentibus multis ac flentibus · fortunamq; culpantibus · siccis una oculis · & honesto uenezanda silentio · ad paternam domum remeauit.

Senex qui has filie nuptias semper suspectas

habuerat·neq; vnq̃; tantã spem mẽte cõceperat semper q; hoc euenturum cogitauerat·vt satietate sponse tam humili exorta · domo illam quandoq; vir tantus· & more nobilium superbus abiceret·tunicam eius hispidam et attritam senio·abdita parue domus in parte ser uauerat · Audito ergo· non tam filie tacite redeuntis· q̃; comitum strepitu · occurrit in limine · & seminudã antiqua veste cooperuit·Mansit illa cum patre paucos dies · equanimitate atq; humilitate mirabili · Ita vt nullum in ea signum animi tritioris · nullum vestigium fortune prosperioris extaret · quippe cum in mediis opibus inops semper spiritu vixisset atq; hu/ milis Iam panici comes propinquabat·et de nouis nupciis fama vndiq; frequens erat · premissoq; vno e suis ·diem quo sallutias peruenturus esset acceperat· pridie igitur walterus ad se griseldim euocans ·deuotissime venienti· Cupio ait·vt puella cras huc ad prãdium ventura magnifice excipiatur· viriq; et matro/ ne qui secum sunt·simulq; & nostri qui conuiuio in/ tererunt·ita vt locorum verborumq; honor singulis ꝑ dignitate seruetur domi tamen feminas ad hoc opus ydoneas nõ habeo ·proinde tu q̃;uis veste inopi·hãc tibi·que mores meos nosti optime suscipiendorum lo candorumq; hospitum curam sumes· Non liben / ter modo inquit illa · sed cupide · & hoc ·& quecunq; tibi placita sensero · faciam semper · Neq; in hoc vuquam fatigabor · aut lentescam · dum spiritus hic reliquie vlle supererunt · & cum dicto seruilia mox instrumenta corripiens · domum verrere · mensas in / struere · lectos sternere·hortariq; alias ceperat · ancille

corripiens domum uerrere · mensas instruere · lectos sternere · hortariq; alias ceperat · ancille in morem fidelissime Proxime lucis hora tercia comes superuenerat · Certatimq; omnes & puelle & germani infantis mores · ac pulcritudinem mirabantur · Erantq; qui dicerent prudenter walterum ac feliciter permutasse · q& & sponsa hec tenerior esset & nobilior · & cognatus tam speciosus accederet · Sic feruente conuiuii apparatu vbiq; presens · oĩmq; solicita griseldis · nec tanto casu deiecta animo · nec obsolete vestis pudore cõfusa · sed sereno vultu intranti obuia puelle · bene uenerit domina mea inquit · de hinc ceteros dum conuiuas leta facie et verborum mira suauitate susciperet · inmensam domum multa arte disponeret · ita ut omnes · et p̄sertim aduene · unde ea maiestas morum · atq; ea prudentia sub tali habitu uehemẽtissime mirarentur · atq; ipsa in primis puelle pariter atq; infantis laudibus satiari nullo modo posset · sed uicissim modo · uirgineã modo infantilem eligantiam predicaret · Walterus eo ipso in tempore · quo assidendũ mensis erat in eam uersus clara uoce coram omnibus · quasi illudens · Quid tibi uidetur inquit de hac mea spõsa: satin pulcra atq; honesta est Plane ait illa nec pulcrior ulla nec honestior inueniri potest · aut cũ nulla unq̃; · aut cũ hac trãquillã agere poteris · ac felicẽ vitã · vtq; ita sit cupio & spero · vnũ bona fide te precor ac moneo · ne hãc illis aculeis agites · quibus alterã agitasti · Nam q& & iunior et delicatius enutrita est pati quantũ ego auguror nõ valeret · Talia dicẽtis alacritatem intuẽs · atq; constantina totiens tanq̃; acriter · offense mulieris

examinans · & indignā sortē nō sic merite miseratus· ac ferre diutiꝰ nō valens. Satis inquid mea griseldis cognita & spectata michi fides est tua. nec sub celo aliquem esse puto· qui tanta coniugalis amoris experimenta perceperit. Simul hec dicens · caram coniugē leto stupore perfusam & velut e somno turbido experrectam cupidis vlnis amplectitur · & tu ait· tu sola vxor mea es. Aliam nec habui · nec habebo. Ista autem quam tu sponsam meam reris · filia tua est· hic qui cognatꝰ meus credebatur · tuus est filius: que diuisim perdita videbantur · simul omnia recepisti Sciant qui contrarium crediderunt ·me curiosum atqꝫ experientem esse·non impium· probasse coniugem·nō damnasse · occultasse filios · non mactasse. Hec illa audiens· pene gaudio exanimis et pietate amoris·iocundissimisqꝫ cum lacrimis suorum pignorum in amplexus ruit·fatigatqꝫ osculis ·pioqꝫ gemitu madefacit raptimqꝫ matrone alacres ac fauentes circumfuse vilibus exutam suis solitis vestibus induunt ·exornantqꝫ plaususqꝫ letissimus & fausta omnium verba circumsonant · multoqꝫ cum gaudio & fletu ille dies celeberrimus fuit · celebrior quoqꝫ q̃ dies fuerat nuptiarum· Multosqꝫ post per annos ingenti pace concordiaqꝫ vixere et walterus inopem socerum· quem hactenus neglexisse uisus erat · nequando concepte animo obstaret experientie· suam in domum translatum in honore habuit·filiā suam magnificis atqꝫ honestis nupciis collocauit·filiumqꝫ sui dominii successorē liquit· & coniugio letus et sobole. Hanc historiam stilo nunc alio retexere uisum fuit. nō tam ideo ut matronas

nostri temporis ad imitandam huius uxoris patiētiā que mihi uix imitabilis uidetur·q̄; ut legentes ad imi tandam saltem femine constantiā excitarem · ut quod hec uiro suo prestitit·hoc prestare deo nostro audiant qui licet ut iacobus ait apostolus·intentator sit malo/ rum et ipse neminem tenet·probat tamen·et sepe nos multis ac grauib9 flagellis exerceri sunt · non vt ani mum nostrum sciat·quem sciuit anteq̄; crearemur sed vt nobis nostra fragilitas notis ac domesticis indi ciis innotescat Abunde ego constantibus uiris ascripserim · quisquis is fuerit·qui pro deo suo·sine murmure patiatur · quod pro suo mortali coniuge · rusticana hec muliercula passa est Finit foeliciter.

Vlme impressum per Iohānem zeiner de Reutlingen Anno domini ·1·9·Λ·3·

Nov. 1940

ULM

JOHANN ZAINER

FRANCESCO PETRARCA. Historia Griseldis. 1473.

*Hain *12,814; B.M.C. II, 522.*

Printed with semi-gothic types, in folio form, 30 lines to a page. It has 10 leaves. The size of a leaf is 284 × 208 mm., and the text measures 164 × 99 mm. With an ornamental woodcut border.

THIS is Petrarch's Latin paraphrase of the story of Patient Grissel, the last in Boccaccio's *Decameron,* and the original of Chaucer's *Clerk's Tale.* In that same year Johann Zainer published two Latin and two German editions of Boccaccio's *De Claris Mulieribus,* each lavishly illustrated. The *Historia Griseldis* he issued, as Mr. Hind remarks, "as a sort of epilogue to the Boccaccio."

"The Marquis of Saluzzo," Boccaccio himself summarized his story, "urged into matrimony by the importunities of his subjects, but resolved to choose his wife for himself, marries Griselda, a peasant's daughter, and has two children by her, both of whom he pretends to have put to death. Then, giving Griselda to understand that he has tired of her and married again, he brings his daughter home as though she were his new wife, and turns Griselda out in her shift. But when he finds that she has been constant in the stress of all her suffering, he takes her home again, shows her their children already grown, and loves her more than ever, he and his subjects honoring her from then on as their lady." *(Frances Winwar's translation.)*

The story was extremely popular, although it was early recognized that the Marquis of Saluzzo, Gualtieri or Valterus, was no hero. Boccaccio told his gentle lady listeners at the beginning: "It is no magnificent deed I am going to relate, but a mad piece of stupidity, which, though resulting in much good as far as he was concerned, I would warn you against imitating, and it was indeed a great shame that the marquis should have derived any benefit from it." As for Chaucer, he added this moral to the tale:

No weddid man so hardy be to assayle
His wyves pacience, in hope to fynde
Grisildes, for in certeyn he schal fayle.

The first edition of the *Historia Griseldis* was published by Ulrich Zell in Cologne, without date. The edition to which the present copy belongs was the second. In the following year Johann Zainer issued another edition with ten woodcuts, which were later copied by various Strassburg, Augsburg, and Lübeck printers. The Library's copy is decorated only with a border design at the top and left side of the first page. This border, however, is very beautiful. "It should here be said," William Morris wrote, "that, apart from their pictures, the Ulm and Augsburg books are noteworthy for their border and letter decoration. The Ulm printer, John Zainer, in especial shone in the production of borders." Morris selected the border design in the *Historia Griseldis* as an illustration for his essay.

The book is almost in the condition in which it left the press, ready to be bound. The sheets are sewed together, but the margins are untouched.

Bought in March 1940, from the Benton Fund.